



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Henōtikon siue Pacificatorivm Dissecti Belgii**

**Afhakker, Aegidius**

**Vrsellis, 1618**

Capvt X. Argvmento Facili Sed Validiſimo tractatus concluditur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64709](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64709)

esse agnituros, si vbi nimium creduli suorum doctorum authoritati, de nostræ fidei fundamentis malè sunt instituti, clarior ipsis instructio contingeret. In quorum gratiam vt libellum hunc inchoaui, ita sequenti capite nunc concludam.

CAPVT X.

ARGVMENTO FACILI SED VALIDISSIMO tractatus concluditur.

Quamquam ego quidem existimo hactenus à nobis doctrinæ Catholicæ veritatem, in ijs præsertim articulis quibus aduersarii sustinent religionis Christianæ fundamentum in Ecclesia nostra esse prorsus euersum, ita vt ex necessitate discedere ab eadem fuerint coacti, hoc est, *de bonorum operum meritis, de potestate Romani Pontificis, de Sacramento Eucharistia & Missa sacrificio*; ita clarè & euidenter esse è scriptura deductam, (vt nemo etiam inter illos qui nondum credunt Ecclesiam totam in scripturarū explicatione errare non posse) absque contumacia dissentire à nobis queat. Quoniam tamen scio, multum apud aduersarios valere præiudicium, quod iam à teneris contra conclusiones nostras imbiberunt; ideo mitigato non nihil illationis rigore, vnum hic adiiciam finale argumentum, quo spero aspirante diuina gratia, omnes qui conscientia suæ curam gerunt, ad veritatis agnitionem

Ff §

onem



onem reduci posse Argumentum est istud:  
 Posito etiam quod scriptura iis in locis, quibus nos pro confirmãdis prædictis Catholica fidei articulis vsi sumus, non adeo euidenter eosdem articulos veros esse demonstraret, vt non etiam probabili aut tolerabili explicati-  
 one posset in alium sensum verti; saltem nemo (vt eredo) bona conscientia, vbi prudenter rem examinauerit, negare audebit etiam nostram explicationem esse tolerabilem, & non posse euidenter falsitatis redargui. Quo concessio inferitur, Lutherum & Caluinium, quos constat primò fuisse in Ecclesia Catholica, temerè & absque iusta causa ab Ecclesia ista se separasse, adeoque neminem iure posse illorũ partes contra Catholicam Ecclesiam tueri.  
 Consequencia fundatur in isto iuris axiomate quo in dubiis melior dicitur esse conditio possidentis. Si ergo non certa & infallibili demonstratione probari potest Ecclesiam Catholicam fundamenta Christianæ religionis euertisse, aut alioqui intolerabiliter contra Scripturam quippiam euidenter docere, tunc neganda ei non est veræ ac Christianæ doctrinæ opinio seu fama quã antea, etiam cõmune Lutherò, possederat: atque adeo nemo extra Ecclesiæ Catholicæ cõmunionem securus in cõsciẽtia sua esse poterit qui nõ certissimo & infallibili argumẽto grauẽ eiusdẽ Ecclesiæ atque adeo intolerabilẽ errorẽ demonstrare poterit.



Hoc velim, Lector, argumētū sedulò & seriò tecū perpēdas. Certè inter rixas & disputationes facile cuilibet est, vocitare Catholicos idololatrias, & in Christi gratiā iniurios, Pontificē Antichristū & plura huiusmodi contentiosè effutire. Interim rerum natura & veritatis ratio per huiusmodi verba nec mutatur nec infringitur. Porro si quis perpensis diligēter ijs quæ hoc exiguo libello nos diximus, adhuc certo sibi forte persuadeat intolerabiles ibi errores propugnari & ne probabilibus quidem argumentis probatam esse conclusionum veritatem; is velim coram Deo sibi ipsi respondeat, quam habeat suæ sententiæ rationem infallibilem ob quam ita sententiam nostram censeat. Videat inquam, an non habeat illā vltimā rationē, quā allegavit nimis ineptè Teelingius. Quod si habeat aliā quādā opinionis suæ rationē, illā velim mihi cæterisque Catholicis cōmunicet. Vere enim coram Deo testificor me hæctenus nullā huiusmodi rationē à quoquā aduersariorū intelligere vnquā potuisse. Sunt quidem multa quæ indies aduersarij in nobis calūniātur, quæ nos in hoc libello nō mouimus; illa tamen puto esse huiusmodi vt validè improbari à nullo prudenter possint, qui vel paululū cū Catholicę doctrinę propugnatoribus etiam laicis seu plebeis ista disceptare voluerit. Quis enim inter Catholicos adeo penè hoc tempore est rudis, vt proba-

proba-



probabili seu tolerabili illatione ex scriptura  
 S. defendere non possit 1. omni reprehensio-  
 ne iusta carere honorem illum quem Rom-  
 no Pontifici deferimus in osculo pedum aut  
 similibus alijs obseruantiar ritibus? 2. Sancto-  
 rum reliquias merito in pretio & veneratio-  
 ne haberi. 3. purgatorium quibusdam post hanc  
 vitam superesse. 4. dari quasdam in Ecclesia  
*traditiones à Christo & Apostolis institutas*  
*quæ tamen per calamum & atramentum ab illis*  
*scripta non fuerint. 5. Votum castitatis spon-*  
*te emissum ita obligare in conscientia vt*  
*damnationem sibi acquirant ij, qui deinde vo-*  
*lentes nubere priorem fidem irritam fecerint.*  
 6. Statutis quibusdam ab Ecclesia diebus pe-  
 culiariter ieiunijs & orationibus vacandum  
 esse: & si qua sunt alia huiusmodi. Quis, in-  
 quam, hæc non facile à iusta redargutione  
 vindicet coram illis, qui veritatis inuestigan-  
 dæ studium habuerint, aduersarijs? Ideo ego  
 nunc de horum longiori tractatione abstinere  
 Solum pro solutione alicuius argumenti  
 quidam maiestatem Pontificis odiosè nomi-  
 quam comparare solent cū humilitate Chri-  
 sti patientis & coronam spineam in in capite  
 gestantis, Notandum censeo, Christum Do-  
 minum dupliciter considerari posse: 1. vt ob-  
 iectum iræ Patris pro peccatis nostris, de quo  
 respectu dicit apud Isaiam ipse Deus Pater:  
*propter scelus populi mei percussi eum.* Iuxta quem  
 etiam

Isa. 53.  
 Psal. 28.



etiam respectum Filius Dei Deus humiliavit  
 semetipsum factus obediens usq; ad mortem, mortē  
 autem crucis. 2. quasi receptum cum suis mem-  
 bris in gratiam Patris propter plenariam satis-  
 factionem. Non quod Christus Dñs vnquam  
 extra patris sui aut suæ diuinitatis gratiam fu-  
 erit, (absit blasphemia impossibilis!) Sed  
 quod pñam ex iusto Dei in peccatores odio  
 profectam ipse peccatorum nomine in se  
 susceperit; Ac deinde ea peracta, non ampli-  
 us pñam sed obedientiæ præmium sit adeptus;  
 iuxta quem respectum Pater exaltauit illū  
 & dedit illi nomen quod est super omne nomen,  
 item dedit illi omnem potestatem in cælo &  
 in terra ordinandi & statuendi media, quibus  
 gratiam in cruce promeritam suis membris  
 id est, electis & fidelibus applicaret.

Illi ergo quos Christus Dñs vice sua posuit  
 hic in terris pastores & rectores Ecclesiæ nõ  
 sustinent personā Christi in prima conside-  
 ratione, quæ est humiliationis eius, sed in se-  
 cunda quæ est magnificæ gloriæ.

Patet hoc ex missione Apostolorum desi-  
 gnata Matth. ult. *Dara est mihi omnis potestas  
 in calo & in terra. Euntes ergo docete omnes gen-  
 tes baptizantes eos, &c.* Sic ergo Petrus qui à  
 Domino est constitutus Vicarius pastor ou-  
 lis sui hic in terra militantis, repræsentat in  
 officio eundem Dominum suum. Quocirca  
 sicut



